

audacter pronuntians : multa de angelis ita certò dicebant ac si celos penetrassent; eorum nomina, classes, prefecturas, etc.

FRUSTA INFILATUS SENSU. Græc., à sensu. Syr., et frustra turbescit sensu, etc., id est, frustra superbiens, sibique placens, ac tumens scientiâ carnali, seu non à Deo revelatâ, sed ab humano carnalium hominum spiritu inventâ et traditâ.

VERS. 19. — NON TENENS CAPUT, Ecclesie, Christum, ipsique non adherens.

EX QUO TOTUM CORPUS Ecclesie vitam et augmentum recipit, per illorum canalium qui sunt NEXUS et vincula, id est, per pastores et doctores, etc. Vide ad Ephes. cap. 4, v. 16. Hinc patet unus ex præcipuis illorum hereticorum erroribus, scilicet, quòd Christum non credebant caput Ecclesie: contra quos D. Paulus asseruit, v. 10. Christum caput et Dominum omnis principitatis. Qui autem fuerint illi heretici angelici, vide apud Cornélium à Lapide: Erant, inquit, semi-Judæi et semi-Platonici; ubi etiam vide quòd angelorum cultus coepit ab idololatriâ, seu ab hereticis; sed correctus fuit ab Ecclesiâ. Vide etiam Estium.

VERS. 20. — SI ERGO MORTEI ESTIS... Hic versus refertur ad versum octavium: Videte ne quis vos decipiat per philosophiam... secundum elementa mundi. Itaque de philosophiâ intelligendus est, non de lege Mosaiçâ; estque sensus: Cum per baptismum in Christo renuntiaveritis omni sectæ et philosophiâ mundanæ, quæ non secundum Deum, sed secundum elementa mundi, seu principia naturalia et mundana, vivere docet, etc.,

QUID ADHUC TANQUAM VIVENTES... id est, cur ea repetitis, quasi rursus secundum illa mundi elementa, principia, dogmata, institutiones, vivere velletis?

DECERNITIS. Græc., dogmatizatis, vel dogmatizantini; nam utrumque significat, *δωγματίζω*, id est, doceatis, vel docemini, seu vos doceri sinitis, quasi secundum mundi doctrinam et non secundum Evangelium Christi vivere velletis.

VERS. 21. — NE TETIGERITIS... ita loquebantur eorum magistri; hoc autem dicebant et judizantes et philosophi, qui multa quoque suis asseclis prohibebant.

Hinc variant interpretes, quorum aliqui judaizanti-

nem, imò visiones habent rerum sublimium, puta angelorum rerumque celestium.

VERS. 19. — *Et non tenens caput* (scilicet Christum, sed pro Christo angelos substituens, ita Theodor.) *ex quo (capite) Christo totum corpus (Ecclesie), per nexus et conjunctiones ministratum* (id est, subministratorem accipiens spiritus, motus et sensus vitalis à capite) *et constructum, crescit in augmentum Dei, puta incremento fidei et Spiritus Dei.*

VERS. 20. — *Si ergo mortui estis cum Christo, etc., q. d. : Cum per Christum mortui sitis, et renuntiaveritis omni sectæ et philosophiæ mundanæ Christo contrariæ, quæ non secundum Deum, sed secundum elementa mundi, id est, secundum principia naturalia et mundana vivere docet; cur iterum ea repetitis, quasi rursus secundum hæc mundi elementa vivere velletis? Decernitis, dicentes scilicet id quod sequitur:*

VERS. 21. — *Ne tetigeritis, etc., q. d. : Quid ex hæresi et religione angelorum decernitis, his illisve ci-*

bus, alii philosophis hæc applicant verba, quæ revera utrisque communia sunt; at sequentia (nimirum secundum præcepta et doctrinam hominum) indicant ab angelis dirigiri, nec enim legalia sunt ad homines, sed à Deo instituta.

NE TETIGERITIS NEQUE GUSTETIS; hoc ad cibos, vinum aut carnem: NEQUE CONTRACTAVERITIS...; hoc ad mulieres, quas Pythagoristæ, v. g., nunquam tangebant.

VERS. 22. — QUÆ SUNT OMNIA IN INTERITUM. Græc., in corruptionem. Syr., usus sunt corruptibilibus, quasi diceret: Non animadveritis quid sint hæc omnia, et à quibus sint. Hæc ergo despiciat primò in se considerata, sunt in interitum, id est, ipso usu perent, esse desiunt, corruptuntur, in finem convertuntur, et in secessum vadunt. Quæ ergo ex hujusmodi corruptibilibus utilitas? Quid necesse est ad scrupulosè doceri? Hæc ad cibos. Secundo despiciat ex parte auctorum; hominum sunt adventiones: omnis autem vera religio à Deo est, nec corruptibilia possunt æternam deservire, nisi ex ordinatione Dei.

VERS. 25. — QUÆ SUNT RATIONEM QUIDEM HABENTIA SAPIENTIA, id est, quæ præcepta aliquam habent quidem speciem sapientiæ.

IN SUPERSTITIONE. Græc., in voluntario cultu, id est, in voluntariâ et arbitrariâ religione, seu superstitione.

ET HUMILITATE. Græc., et submissione animi, scilicet voluntariâ pariter et arbitrariâ, et ab hominibus inventâ.

ET NON AD PARCENDUM CORPORI. Græc., et subductione corporis. Syr., neque parcunt corpori, id est, in austerâ corporis maceratione, cui non indulgent.

NON IN HONORE ALIQUO AD SATURITATEM. Græc., explecionem carnis. Honor, Hebræorum more, est rerum necessarium ad nutritionem et vestitum subministratio, id est, neque nutriunt aut curant corpus ad saturitatem, sed jejuniis affligunt. Itaque hæc præcepta speciem habent sapientiæ, ob supersticiosum cultum, ob fictam humilitatem, ob austeram corporis macerationem, sed quia veritatem non habent, et à Deo non sunt, sed commenta hominum et somnia, hinc à Christiano, veritatis discipulo, despicienda.

his aut creaturis esse abstinendum, dicentes, verbi gratiâ, ne tetigeritis uxorem, ne gustaveritis vinum aut carnem, quia hæc à malis angelis creata sunt, et bonis angelis displicent.

VERS. 22. — *Quæ sunt omnia in interitum ipso usu, etc., q. d. : Quæ observantia supersticiosi cultus angelorum jam dictæ interitum afferunt et damnationem æternam his qui ea observant, in iisque et in suis angelis, quos ita colunt, sperant, non autem in Christo, ita Ambrosius et Augustinus.*

VERS. 25. — *Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione, etc. Rationem, id est, speciem; q. d. : At sunt supersticiosi, quia abstantiis et observantiis à se coniectis, colunt angelos quasi mediatores, excluso Christo. In humilitate, scilicet fictâ et supersticiosa. Et non ad parcendum corpori, id est, imparcentiâ corporis. Non in honore, etc., id est, negato corpori honore, vel subsidio necessario ad famem exsaturandam.*

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda et ad præxim redigenda.

1° Ex hoc capite discite Christum. In ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis, v. 9, et idè omnis sapientia, scientia, veritas; in quo sunt omnes thesauri, etc., v. 5. Hoc penetra, hincque infer quantâ certitudine debeas et credere, ejusque doctrinæ adherere. Vide v. 9, 10. Caput nostrum est, radix nostra, fundamentum nostrum, via nostra, v. 7, 10. Hinc ei semper et continè inherendum, in eo ambulandum, crescendo. Vide v. 7, 10.

2° Discite christianam circumcisionem, seu bapti-

CAPUT III.

1. Igitur, si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens:

2. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

3. Mortui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.

4. Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.

5. Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus:

6. Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis,

7. In quibus et vos ambulastis aliquando, cum viveretis in illis:

8. Nunc autem deponite et vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.

9. Nolite mentiri invicem, expolantes vos veterem hominem cum actibus suis,

10. Et induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus qui creavit illum:

11. Ubi non est gentilis et Judæus, circumcisio et præputium, barbarus et Scythæ, servus et liber; sed omnia et in omnibus Christus.

12. Induite vos ergo, sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam:

13. Supportantes invicem, et donantes vobismet-ipsis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut et Dominus donavit vobis, ita et vos.

14. Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis:

15. Et pax Christi exulet in cordibus vestris, in quâ et vocati estis in uno corpore; et grati estote.

16. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientiâ: docentes, et commentones vosmet-ipsos, in psalmis, hymnis, et canticis spiritualibus, in gratiâ cantantes in cordibus vestris Deo.

17. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.

CHAPITRE III.

1. Si donc vous êtes ressuscités avec Jésus-Christ, recherchez ce qui est dans le ciel, où Jésus-Christ est assis à la droite de Dieu.

2. N'ayez de goût que pour les choses du ciel, et non pour celles de la terre;

3. Car vous êtes morts, et votre vie est cachée en Dieu avec Jésus-Christ.

4. Lorsque Jésus-Christ, qui est votre vie, viendra à paraître, vous paraîtrez aussi avec lui dans la gloire.

5. Faites donc mourir les membres de l'homme terrestre qui est en vous, la fornication, l'impureté, les abominations, les mauvais désirs, et l'avarice qui est une idolâtrie;

6. Puisque ce sont ces excès qui font tomber la colère de Dieu sur les enfans de l'incrédulité.

7. Et vous avez vous-mêmes commis autrefois ces actions criminelles, lorsque vous viviez dans ces désordres;

8. Mais maintenant quittez aussi vous-mêmes tous ces péchés: la colère, l'aigreur, la malice, la médisance; que les paroles des hommes soient bannies de votre bouche.

9. N'usez point de mensonge les uns envers les autres; dépouillez le vieil homme avec ses œuvres;

10. Et revêtez-vous de cet homme nouveau, qui, par la connaissance de vérité, se renouvelle selon l'image de celui qui l'a créé.

11. Où il n'y a ni gentil ni Juif, ni circoncis ni incirconcis, ni barbare ni Scythe, ni esclave ni libre; mais où Jésus-Christ est tout en tous.

12. Revêtez-vous donc, comme élus de Dieu, saints et bien-aimés, de tendresse et d'entraînes de miséricorde, de bonté, d'humilité, de modestie, de patience;

13. Vous supportant les uns les autres, chacun remettant à son frère tous les sujets de plainte qu'il pourrait avoir contre lui, et vous entre-pardonnant comme le Seigneur vous a pardonné.

14. Mais surtout revêtez-vous de la charité, qui est le lien de la perfection.

15. Et faites régner dans vos cœurs la paix de Jésus-Christ, à laquelle vous avez été appelés, comme ne faisant tous qu'un corps, et soyez reconnaissans.

16. Que la parole de Jésus-Christ habite en vous avec plénitude, et vous comble de sagesse. Instruisez-vous et exhortez-vous les uns les autres par des psalmes, des hymnes et des cantiques spirituels, chantant de cœur avec édification les louanges du Seigneur.

17. Quoi que vous fassiez ou en parlant ou en agissant, faites tout au nom du Seigneur Jésus-Christ, rendant grâces par lui à Dieu le Père.

18. Femmes, subdite estote viris, sicut oportet, in Domino.

19. Viri, diligite uxores vestras, et nolite amari esse ad illas.

20. Filii, obedite parentibus per omnia : hoc enim placitum est in Domino.

21. Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant.

22. Servi, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum.

23. Quodcumque fecistis, ex animo operamini, sicut Domino, et non hominibus :

24. Scientes quòd à Domino accipietis retributionem hereditatis ; Domino Christo servite.

25. Qui enim injuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit ; et non est personarum acceptio apud Deum.

ANALYSIS.

In capite præcedenti, v. 12 et 13, Colossensis dixit quòd per baptismum mortui sunt, simul et à mortuis cum Christo suscitati : hinc ad eorum mores nulla conclusit in hoc capite.

Ac primò hortatur eos, quia ad divinam vitam sunt suscitati, ut celestia atque divina diligant et curent ; et, quia mundo mortui, terrena despiciant, v. 1, 2, 3, 4.

Secundò, quia veteri homini per baptismum sunt mortui, mortificent illius hominis membra, id est, omnia vitia, tum quæ corpore, tum quæ lingua committuntur ; uno verbo, hominem veterem exant, v. 5, 6, 7, 8, 9. Hortatur è contra, quia suscitati, et à novo in Christo creatura, novum induant hominem, om-

PARAPHRASIS.

1. Quandoquidem per baptismum unà cum Christo resurrexistis, superna querite, ubi Christus resuscitatus residet ad dextram Dei.

2. Supernam diligite, curate, gustate, non terrena.

3. Terrena, inquam, despiciite, quia illis per baptismum mortui estis : celestia verò curate, quia per baptismum cælesti vitæ vivitis, ignotà quidem hominibus, et totà nunc cum Christo absconditâ in Deo, at quæ apparebit aliquando.

4. Cum Christus, in quo et de quo vivitis, iudicaturus apparuerit, gloriamque suam manifestaverit, tunc et vos cum ipso apparebitis gloriosi, vitæque vestra fulgebit omnium oculis conspicua.

5. Mortificate ergo hominis terreni, qui in vobis est, membra, seu affectus pravorum, fornicationem scilicet, immunditiam, omnem libidinem, omnia mala desideria, et speciatim avaritiam, quæ est idololatia.

6. Propter quæ peccata venire solet ira Dei in incredulos.

7. Quæ vitæ et vos aliquando commisistis, cum juxta concupiscentiæ vestræ motus viveretis.

8. Nunc autem deponite etiam hæc omnia, scilicet iram et indignationem, malitiam, maledicentiam, turpentem sermonem.

9. Nolite fraudibus et mendaciis vos circumvenire,

18. Femmes, soyez soumises à vos maris, comme il est bien convenable, en ce qui est selon le Seigneur.

19. Maris, aimez vos femmes, et ne les traitez point avec aigreur et avec rudesse.

20. Enfants, obéissez en tout à vos pères et à vos mères ; car cela est agréable au Seigneur.

21. Pères, n'irritez point vos enfants, de peur qu'ils ne tombent dans l'abattement.

22. Serviteurs, obéissez en tout à ceux qui sont vos maîtres selon la chair, ne les servant pas seulement lorsqu'ils ont l'œil sur vous, comme si vous ne pensiez qu'à plaire aux hommes, mais avec simplicité de cœur et crainte de Dieu.

23. Faites de bon cœur tout ce que vous faites, comme le faisant pour le Seigneur et non pour les hommes,

24. Sachant que vous recevrez du Seigneur l'héritage du ciel pour récompense, c'est le Seigneur Jésus-Christ que vous servez ;

25. Mais celui qui agit injustement, recevra la peine due à son injustice ; car Dieu n'a point égard à la condition des personnes.

neque illius virtutes. Erga Deum, majori in dies cognitione, amore, et perfectiori imitatione, v. 10, 11. Erga proximum, induant viscera misericordie, infirmitates sustineant, condonent offensas ; super omnia charitatem habeant, et paci student, v. 12, 13, 14, 15. Erga semetipsos, evangelicæ Christi doctrine intendant assidue ; hymnos et cantica spiritualia pie canant et suaviter ; omnia sua, seu facta, seu verba, ad Dei gloriam referant, v. 16, 17.

Denique ad singulos status descendens, maritos, uxores, parentes, filios, dominos, servos, sua docet officia in reliquo capite.

sed in totum deponite veterem hominem cum actionibus suis.

10. Et novum cum suis induite ; illum, inquit, qui per veritatis cognitionem spiritu renovatur ad imaginem Dei, Creatoris sui.

11. In quo reformationis negotio non attenditur an sis gentilis et Judæus, circumciscus et incircumciscus, barbarus aut barbaro barbarior Seytha, servus aut liber ; quia Christus est omnia in omnibus.

12. Propterea vos, tanquam electi Dei, à Christo sanctificati, et à Deo dilecti, intimum erga fratres vestros induite affectum misericordie, comitatem, humilitatem, modestiam, patientiam ;

13. Alii aliorum infirmitates sustinete ; alii aliis illatas offensas condonate ; sicut et Christus offensas nobis condonavit.

14. Super omnia autem hæc charitatem habete, quæ vinculum est perfectissimum.

15. Et pax Christi, ad quam vocati estis cum unum corpus facti estis, victores exsulet in cordibus vestris : et beneficiorum memores estote, vel et comes, et gratiosus omnibus estote.

16. Doctrina Christi habet jugiter in mentibus et cordibus vestris, vosque replet omni sapientiâ. Docete vos et erudite alii alios psalmis, hymnis, et can-

tilenis mysticis, grato, jucundoque corde cantantes Dei laudes.

17. Omnia vestra, seu verba, seu opera, dirigite ad Dei gloriam, invocato nomine Domini Jesu Christi, et per eum Deo Patri gratias agentes.

18. Mulieres, subdite estote viris vestris, juxta Christi legem Dei que voluntatem.

19. Viri, diligite uxores vestras, et nolite erga illas esse difficiles et morosi, et ad amaritudinem provocantes.

20. Filii, obedite parentibus in omnibus : hoc enim Deo placet, vel tale est Domini beneplacitum.

21. Patres, nolite nimia severitate filios vestros ad indignationem provocare, ne coincidant animo, lineque nihil boni faciant.

22. Servi, in omnibus obedite dominis vestris tem-

COMMENTARIA.

VERS. 1. — IGITUR SI CONSURREXISTIS... Capite secundo, v. 12, dixit Apostolus quòd cum Christo per baptismum sepulti sumus, et quòd cum eo resurreximus. Ex hoc principio, duo continentur, scilicet nostram mortem et resurrectionem, hunc dicit conclusionem.

Ejusdem capituli secundum v. 20, ex morte conclusit : Si ergo mortui estis cum Christo, etc., quid adhuc tanquam viventes decernitis ? etc. Hæc verò ex resurrectione nostrâ spirituali conclusit : Igitur si consurrexistis, etc. Quasi diceret : Quandoquidem per baptismum cum Christo in spirituales ac divinam emerisistis vitam ; spiritualia, celestia ac divina magnificite, diligite, ac querite. Sursùm mentes et corda vestra.

Ubi Christus ad novam vitam resuscitatus assidet ad dexteram Dei, id est, assidet Deo majestate proximis. Christus, ut Deus, Patri par est majestate ; ut homo, est Patri majestate proximus. Hoc autem Scriptura, humano more loquens, et ad nostros conceptus descendens, exprimit per sessionem ad dexteram Dei. Ut Deus, est illi in omnibus æqualis ; ut homo, assidet illi proximè, et honoratissimè, in potissimis bonis honoris, gratiæ et gloriæ.

VERS. 2. — QUE SURSUM SUNT SAPITE, id est, magnificite, curate, gustate, diligite, non terrena. Cælum amate, non terram.

VERS. 3. — MORTUI ENIM ESTIS... Duo dixit in versiculo præcedente, scilicet quòd amanda sint cælestia

VERS. 1. — Igitur si consurrexistis cum Christo, quæ sursùm sunt querite, quoniam per baptismum non solum commortui estis Christo, verum etiam unà cum eo resurrexistis in novam vitam : facile ea que novæ vitæ per Christi resurrectionem admirabatur, conveniunt. Quæ sursùm sunt querite, id est, cogitationes ac studia vestra conferte ad res supernas, celestes ac divinas.

Ubi Christus est in dextera Dei sedens, scilicet in supernis et celestibus, sedet Christus homo à dextris Dei, id est, præest omnibus quasi summus rex ac iudex, qui tantâ dignitate præcellit ; ut in eodem solo cum Deo sit, et eadem cum eo adoratione colatur. Ita Patres passim. Significat ergo hæc sessio humanam naturam Christi, illius excellentiam super omnem excellentiam creatam, summam ac singularem ejus excellentiam et gloriam.

VERS. 2. — Quæ sursùm sunt sapite, vel curate,

poralibus, non ocularem illis exhibentes servitum, quasi hominibus placere studentes, sed simplicem et sine simulatione, utpote qui timetis Deum videntem abscondita cordis.

23. Quodcumque in vestro ministerio facitis, illud libenti animo facite, perinde ac si Domino ipsi, non hominibus, ministraretis.

24. Et scitote quoniam à Domino exitim referetis mercedem, æternam scilicet hereditatem : Christum ergo tanquam Dominum vestrum respicite, illique servite, heris vestris obsequentes.

25. Cæterum, qui facit injuriam, sive servus infidelis domino suo, sive dominus in servum suum durus, injustitiam suam penam recipiet : Deas enim personam non respicit.

et parvipendenda terrena. Amorum rationem hic assignat, quasi diceret : Terrena spernite, quia per baptismum illis renuntiastis ; Christo enim mortuo et sepulto insiti et concepti, terrenis cum Christo mortui estis. Cælum et cælestia diligite, quia per baptismum Christi resurrectionis participes facti estis, filii Dei, heredes regni cælestis effecti ; vitâ vivitis gratiæ ; jus habetis ad vitam gloriæ.

ET VITA VESTRA ABSCONDITA... id est, fateor, hæc vitæ gratiæ quæ vivitis interioris, hæc vitæ gloriæ quæ vivetis in æternum, nunc quidem invisibilis est, et hominibus ignota ; in sinu Dei cum Christo abscondita est. Illam norunt angeli, ideò suspiciunt eam, et vobis cum veneratione ministrant. Illam ignorant homines mundani ; hincque despiciunt : Mundus enim novit nos. 1 Joan. 3, 1.

VERS. 4. — CUM CHRISTUS APPARUERIT... Apparebit autem omnibus aliquando, nimirum, cum Christus, VITA VESTRA, id est, vitæ vestræ, tum per gratiam, tum aliquando per gloriam, causa efficiens, meritoria, exemplaris et finalis, cum, inquam, Christus mundum judicaturus, apparuerit in gloria, tunc et vos perfectè regenerati ac resuscitati, cum ipso parentis gloriosi, Christo tanquam fratri vestro conformes, Deoque Patri vestro similes. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, 1 Joan., 5.

Observationes morales.

Talibus Colossensium mentes et corda sursùm at cælestia querere.

Non que super terram, non bona terrena. Similis est Phil. 5 : Qui terrena sapiunt, etc.

VERS. 5. — Mortui enim estis, q. d. : Meritò vos adhortor non sapere terrena ; quia illis jam mortui estis per baptismum. Mortui estis mundo, carni, peccatis, vitæ et conversationi mundanæ et carnali ; imò mortui estis vobis ipsis, quia non estis id quod eratis ante.

Et vitæ vestra est abscondita cum Christo in Deo ; q. d. : Mundus non videt vestram divinam vitam gratiæ, quam habetis, et gloriæ quam expectatis ; sicut non videt vitam gloriosam, ad quam resurrexistis quæque vivit jam Christus in Deo, id est, apud Deum.

VERS. 4. — Cum Christus apparuerit, etc. Nunc quidem, ait, vitæ vestra cum Christo abscondita est ;

tollebat Apostolus. Hinc divinæ gratiæ, quæ potestantur, dignitatem et excellentiam illis exhibebat, ut ad vitam Deo dignam excitaret. Illinc divinæ gloriæ, quæ in eternitate fructuri erant, claritatem illis præstendebat, ut illius spe constantes essent in adversis et in sui mortificatione. Talibus et nos sursum corda nostra feremus, et ad Deo dignè vivendum et ad christianè patiendum. Meminerimus itaque primò, nos cum Christo per baptismum sic esse mortuos ut unà cum illo in novam vitam simus suscitati; vitam scilicet spirituales, celestem ac divinam; vitam nimirum gratiæ quæ, Christo uniti et quasi Christus facti, vivimus cum Christo in Deo. Hujus vitæ nostræ spiritualis ac divinæ memores, vitam spernamus animale, terrena despiciamus, ad cœlestia suspiramus, divinis toti vacemus.

Cœlum mihi patria est; ibi ergo sit mea cum Christo conversatio, meusque municipatus. Sicut Christus, caput meum, vitæque mea, resuscitatus terram deseruit, et sedet ad dexteram Dei, sic et ego terram, corruptionis sedem, corde deserens, dexteram Dei, immortalitatis et gloriæ fontem, votis meis continuè ambiam; vivam ut exul, ad patriam anhelabo. Interim, quantum potero, Deo dignè vivam, ut filius Dei, ut Christus alter. Adjura, Deus, da robur, fer auxiliū.

Meminerimus secundò quòd præter hanc gratiæ vitam, alia sit futura gloriæ vita. Vita non est hæc nostra, est alia quædam vita, ait D. Chrysostomus. Nunc quidem filii Dei sumus, sed *nondum apparuit quid erimus*. 1 Joan. 3, 2. Videmur sicut et ceteri, mortales, infirmi, miseri, etc. Sicut Christus nunc non apparet mundo, sed in sinu Patris absconditus est, ita et *vita nostra*, vita scilicet æterna, gloriosa, ad quam jus habemus, *cum Christo abscondita est in Deo*.

Hanc Apostoli loquelam nota: *Abscondita est cum Christo in Deo*, id est, in sinu Dei. Sinus Dei, æternum vitæ Christi principium; est et hujus gloriöse vitæ nostræ principium.

Sinus Dei, sedes et centrum in quo quiescit Christus; est et gloriæ nostræ centrum et sedes. Hoc in sinu, cum Christo, filiorum adoptivorum *abscondita est vita*. Non apparet quid simus, multò minis quid erimus. Vitam Dei nunc in spiritu tantum possidemus. Semen habemus gloriæ; sed sicut in semine non apparet arbor, sic nec in gratiâ, seu in hoc gratiæ statu, apparet divinæ filiationis nobilitas, gloria, felicitas, immortalitas, etc. Tota hæc gloria residet in Christo, capite nostro, qui absconditus est in sinu Dei. Sed euge, anima mea! non semper abscondita erit vita tua; tandem apparebit quid sit esse filium Dei; quanta

sed quando ille toti mundo manifestabitur, veniens gloriosus ad iudicium, illi, inquam, qui est vita vestra vel vita nostra; tunc et vos perfectam et immortalè vitam associati, simul cum eo manifestabimini, magnâ cum gloriâ. In hoc corpore quasi latentes vivere debemus, ac omni gloria cupiditate alieni; tunc autem hoc corruptibile corpus dissolutum fuerit, tum gloria nostra resplendebit.

Vers. 5. — *Mortificate ergo membra vestra, quæ*

sit hujus divinæ filiationis gloriâ. Cùm Christus in mundum iudex redibit, gloriæque suam manifestaverit, tunc et nos apparebimus cum illo gloriosi, ipsi, fratri nostro, conformes, Deo patri nostro similes. *Scimus quoniam cum apparerit, similes ei erimus*. 1 Joan. 3, 5; *quoniam videmus, etc.* Similes in mente, per speciem Dei expressam, seu per verbum mentis simile Deo, ipsunque ad vivum representantis. Similes in qualitate, sancti, beati, immortales, impassibiles, gloriosi. Humile corpus nostrum configuratum erit corpori claritatis Christi. Tunc apparebit quid sit esse filium Dei, seu quanta sit divinæ filiationis nobilitas, gloria, felicitas, etc. Hæc cogita et mente revolve, ut et vitæ presentis excellentiâ et futuræ vitæ gloriâ animeris ad divinè agendum et ad christianè patiendum.

Vers. 5. — *MORTIFICATE ERGO MEMBRA VESTRA*... Hoc ut ita sit in vobis, scilicet ut appareatis aliquando gloriosi, sitisque Christo conformes et Deo similes, *mortificate* nunc terreni vestri, seu veteris hominis, qui in vobis est, *membra*, id est, pravos affectus et concupiscentiæ motus ad deteriora.

Nota quòd sicut omnia peccata simul et collectivè sumpta vocavit *corpus peccati*, Rom. 6, 6, sic singularitè et distributivè considerata vocat hic *membra*. Addit autem *quæ sunt super terram*, id est, terrena, seu terreni hominis. Singula quippe peccata sunt quasi partia hominis terreni, seu veteris, membra.

FORNICATIONEM, id est, omnem maris et femine concubitum non conjugalem.

IMMUNDITIAM, seu omnem actum, quo foedatur caro.

LIBIDINEM, seu obscenam passionem.

CONCUPISCENTIAM MALAM, quæ est adversus spiritum.

ET AVARITIAM, *πικροζηλον*, nimiam habendi cupiditatem; vel cum D. Hieronymo insatiabilem voluptatum carnalium cupiditatem, quæ est simulacrorum servitus. Utraque cupiditas, seu divitiarum, seu voluptatum, est idolatria, quia honorem Deo debitum defert seu argento, seu voluptati, quibus totam mentem, totum cor, totam animam, totumque hominem applicat.

Observatio dogmatica et moralis.

Duplex in nobis Christianis est homo; terrenus unus, scilicet Adamus, è quo nati sumus, et qui per concupiscentiam vivit in nobis. Cœlestis alter, nimirum Christus Dominus, per quem regenerati sumus, in quo sumus insiti, et qui per gratiam vivit in nobis. Terreni hominis membra sunt vitia omnia et concu-

sunt *super terram*, hoc est, membra vestra terrena. *Terrena* autem vocantur hæc membra, quia videntur terrenam deprimunt hominem, et à Deo elongant. *Heri, mortui estis*, id est, mori pergitis peccatis; hæc verò diei, *mortificate*, id est, percite ac mortificate. Membra terrena, hic vocat affectus pravos, et motus concupiscentiæ: hi omni sunt quasi membra veteris hominis, etc., unde explicans subdit:

Fornicationem, immunditiam, libidinem, concupi-

scientiæ male: virtutes autem sunt cœlestis hominis membra. Ut vivat nunc et crescat in nobis cœlestis homo, necesse est ut pereat et mortificetur terrenus: secundum hujus mortem, crescit alterius vita. Per baptismum mori quidem cepimus homini terreno; per mortificationem verò mori quotidie pergere debemus. Peccatis mortui sumus, deleta sunt nostra peccata præterita, peccato in posterum renuntiavimus. At quia concupiscentiâ, radix peccati, remansit in nobis, et quia ex hæc radice pullulant perpetuò mali concupiscentiæ motus, pravique affectus, hinc per mortificationem illos continuè rescindere debemus: renascuntur quotidie, mortificationis cultro reseca quotidie. Hæc est omnium lapizatorum jugis obligatio.

Vers. 6. — *PROPTER QUÆ VENIT IRA DEI*... Vide Ephes. 5, v. 6, ubi dicitur quòd *venit* significet hic tempus præsens et aliquo modo futurum.

SUPER FILIOS INCREDULITATIS, SYR., inobedientia, seu super incredulos et inobedientes Evangelio.

Vers. 7. — *IN QUIBUS ET VOS AMBULASTIS*... *Ambulare* et *vivere* hic differunt velut actus et habitus: *vivere* in peccato, est in habitu peccati permanere: *ambulare* verò est actiones peccaminosas committere. Significat itaque, quæ peccata et vos aliquando commistis, etc., ut in paraphrasi. Dicendo, *in quibus ambulastis*, Apostolus pudorem inculcit, ait Chrysostomus: laudat verò cùm addit, *cum viveritis*..., ut qui nunc non vivat.

Vers. 8. — *NUNC AUTEM DEPONITE ET VOS OMNIA*... Non illa tantum graviora peccata, in quibus non vivitis amplius, sed et omnia reliqua, lætè minorâ.

IRAM ET INDIGNATIONEM...; explicata sunt hæc Ephes. 4, 31.

BLASPHEMIAM. Hic intellige maledicentiam, agitur enim de blasphemia in homines.

Vers. 9. — *NOLITE MENTIRI INVICEM*, id est, fraudibus et mendaciis vos circumvenire.

EXSPOLIANTES VOS VETEREM HOMINEM.... Vide Ephes. 4, v. 22, in commentario, quid sit vetus homo, et v. 24 quid sit novus. Hic nota quòd mores sint animi vestes, moribus quippe suis dignoscitur, sicut magistratus infulus.

sentiam molem, et avaritiam, quæ est simulacrorum servitus. Avaritiam, ad significandam insatiabilem cupiditatem turpium voluptatum.

Vers. 6. — *Propter quæ venit* (venire solet) *ira Dei super filios incredulitatis*, id est, inobedientes. Q. d.: Super filios inobedientes, incredulos, rebelles Deo et Evangelio.

Vers. 7. — *In quibus*, id est, inter quos; vel *in quibus*, scilicet libidinibus et peccatis jam enumeratis.

Vers. 8 et 9. — *Nunc autem deponite et vos omnia*... *Nolite mentiri invicem*, etc. id est, aliud ad alium, vel aliis adversus alium. Sub nomine mendacii, prohibetur omnis fraus et deceptio.

Vers. 10. — *Et induentes novum*, etc. *Vetus homo* est homo vitiatu, quatenus scilicet est infectus concupiscentiâ: *hujus motus sunt actus concupiscentiæ*, puta motus iræ, gula, superbiæ, etc. *Novus homo* est idem homo, quatenus spiritu et gratiâ Chri-

Vers. 10. — *ET INDUENTES NOVUM... QUI RENOVATUR IN COGNITIONEM*... *SYR.: Qui renovatur per cognitionem*. Estque sensus: Qui novus homo mente et spiritu renovatur, seu quotidie magis ac magis proficit per cognitionem et amorem, ad imaginem Dei creatoris sui.

Peccatum elongavit à Deo, hominemque Deo dissimilem fecit; fides, charitas, religio nos appropinquat Deo, ipsique similes facit; deperditum reparat similitudinem. Alii vertunt, in *cognitionem*, ut clarius Deum Deique voluntatem cognoscat et faciat, sicut Deo creatori suo similis fiat. Vel donec Deo fiat similis.

Observatio moralis.

Quotidie spiritu renovari debemus; magis ac magis proficere in fide, in amore, in cultu Dei, donec fiamus Deo similes, vel ut flamus, etc. Ad hoc facti sumus creatura nova, ut deperditâ in nobis reparetur similitudo Dei. Ideò Christum, imaginem Dei indutimus in baptismo, et in illo et per illum simus imagines Dei. Hæc autem imago quotidie renovanda est, indesinenter perficienda, per actus fidei, amoris, religionis, omniumque virtutum (qui sunt actus novi hominis), donec fiamus perfectæ imagines Dei. Ad hoc dependendus omnino vetus homo, omniacque vitia ejus. Ad hoc induendus et continuè renovandus Christus in nobis, et in omnibus imitandus.

Vers. 11. — *UBI NON EST GENTILIS ET JUDEUS*... In quo renovandus, seu reformationis negotio, non attenditur natio, regio, nativitas, dignitas, etc. An sis gentilis, Judæus, circumciscus, incircumciscus, Græcus, barbarus, barbaris barbarior ac Scythia, servus aut liber, etc., nihil refert. Quia Christus est omnia in omnibus, et sanctitas, et justitia, et nobilitas, et omne bonum, sicut Christus unice attendendus. Non attenditur quis vel qualis fueris, sed quantum Christo communicaveris, seu de Christo traxeris. Vel in quo homine novo confunduntur nationes ac qualitates, nec distinguitur gentilis à Judæo, etc., quia omnes unus sunt Christus, qui est omnia in omnibus. Omnes Christiani unus sunt Christus: Christus illis omnibus est omnia. Ergo Christus in illis unice considerandus et honorandus, deposito omni gentis odio, vel conditionis contemptu.

sti renovatus est. Eum dico hominem, qui renovatur ad agnitionem, id est, ad cognoscendam mysteria revelata, et sapientiam ea quæ Dei sunt; renovatur, inquam, secundum imaginem Dei creatoris sui; ut sicut in creatione sua factus est ad imaginem et similitudinem Dei per naturam suam rationalem; ita nunc ad Dei imaginem reformetur per gratiam. Est enim homo dupliciter imago Dei; per naturam et per gratiam. Imago nature consistit in intellectu et voluntate; imago gratiæ, in sanctitate et justitia. Sic exponit Apostolus, Ephes. 4, dicens: *Induite novum hominem, qui*, etc. Renovatio ergo hæc in eo consistit, ut deponents vitia, et studentes virtutibus, in dies clarior Deum Deique voluntatem cognoscat.

Vers. 11. — *Ubi non est gentilis et Judæus, circumciscio et prepulchum* (id est, circumciscus et prepulchus) *Barbarus*, etc. q. d.: In hac renovatione Christianus non refert an Judæus sis, an gentilis, an barbarus, an servus, etc., quia in omnibus ita renovatus, qui

Vers. 12, 13. — **INDUITE VOS ERGO Sicut electi Dei.**... Hoc attendentes, scilicet, quod Christus est omnia in omnibus fratribus vestris. Attendentes insuper, et quantis estis à Deo beneficiis affecti, quippe qui fuisistis ab eo electi, in Christo sanctificati, et dilecti à Deo. Ut tales et vos intimum erga fratres vestros induite affectum misericordie, comitatem, humilitatem, modestiam, etc.

Nota quod prius docuit scelera deponi, nunc docet acquiri merita. Actus veteris hominis recensuit, nunc opera novi hominis.

Vers. 14. — **Super omnia autem ille, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis,** id est, perfectum, tum quia ceteras connectit et complectitur virtutes, tum quia fideles sanctè et perfectè unit inter se et cum Deo.

Vers. 15. — **Et Pax Christi exultet.**... Græc., *ἡρεσυχία*, *ἡρεσυχία* autem duo significat, palmam obtinere, seu referre; et palmam distribuere, seu ad iudicare.

Nota *litteralis et moralis.*

Hinc duplex potest esse sensus. Primus, Pax Christi, seu quam Christus attulit de cælo, et ad quam nos obligat unitas corporis Ecclesie, cui inserti estis; palmam obtineat, superet ac vincat in cordibus vestris. Si molestia afficimini, si quid dissensionis inter vos accidat, victrix sit non ira, non cupiditas, non superbia, sed Pax christiana. Quasi diceret: Paci in primis studete; pacem omnibus antepone. Et hic sensus conformior videtur precedentibus: *Super omnia autem hæc...* conformior est et Vulgatæ nostræ: *Exultet, scilicet, victrix et triumphatrix de omni tum passione, tum interesse; seu proprio commodo.*

Alter sensus: Pax sit quasi brabeuta in cordibus vestris; sit instar iudicis agonum, justus certaminis arbiter. Si qua inter vos lis, dissensio, certamen oriatur, litem decidat non ira, non superbia, non passio, sed amor, studiumque pacis. Hunc sensum sequitur et exornat D. Joan. Chrysostomus; sequitur et Theodoretus: *Habete, inquit, in corde pacem, certorum hominem, Christum scilicet, induerunt, ipse Christus est omnia, id est, omnis sanctitas, iustitia, religio, et omne bonum, quia Christus eis communicat suam sanctitatem, iustitiam, etc.*

Vers. 12. — *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti et dilecti, sicut decet sanctos, dilectos et electos à Deo, ad gratiam et gloriam. Viscera misericordie, id est, miserationum, puta visceralem misericordiam et commiserationem. Benignitatem, ut sitis comes, blandi, non austeri. Humilitatem, modestiam, id est, mansuetudinem, lenitatem, patientiam, id est, longanimitatem.*

Vers. 13 et 14. — *Supportantes invicem...* *Super omnia autem hæc, etc.* id est, vinculum perfectum quia vinculum est perfectissimum, id est, perfectè unius fideles inter se.

Vers. 15. *Et Pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in uno corpore;* q. d., inquit Anselmus: *Gaudete et triumphate ob pacem animi. Pax victrix instar triumphantis exultet in cordibus vestris. Pax Christi, quasi brabeuta imperet et regat animi vestri motus, gubernet corda vestra. Pax, quæ quasi regina omnes affectus anime in officio continet, et passionum bella reprimat. Pax, inquit Au-*

laminii presidentem et premia distribuentem. Sequi videtur et Syrus: *Pax Christi gubernet corda vestra (scilicet quasi brabeuta et agonotheta, seu præses certaminum).*

Utique sensus docet nos Christianismum esse scholam ac professionem pacis.

In qua, seu ad quam vocati estis... Unum corpus facti sumus omnes, ut pacem habere doceamur. Pax itaque sit victrix de omnibus animi passionibus. Pax quasi regina, omnes nostri cordis affectus regat ac continet in officio. Pax quasi agonotheta certaminibus nostris presideat, palmanque patienti distribuat, non ulciscitur.

Et grati estote. Græc., *εὐχαριστοῦτε*, *gratifici*, seu, ut ait Syrus, *ad gratias agite Deo*, ob beneficia, ob patientiam, ob victoriam. Vel, ut voluit Vatablus, Erasmus post D. Hieronymum, *gratiosi*, amabiles, comes et benigni estote. Hoc enim confert ad pacem. Hic sensus, licet minus communis, huic loco tamen aptior videtur, qui est de concordia et pace. Adde quod de grati Deo habendis agit, v. 17.

Vers. 16. — **Verbum Christi habitet in vobis abundanter.**... Doctrina Christi, Evangelium, verbum Dei, inhabitet in vobis cum magna abundantia, vosque opulentes faciat in omni sapientia. Audite quicumque esis mundani et uxori præstis et liberis, quomodo vobis quoque maxime mandet legere Scripturas, non leviter, nec temerè, sed magno studio et diligentia, D. Chrysostomus.

Nota *litteralis et moralis.*

Cuncta notanda sunt verba; docent quippe nos modum legendi Scripturas. *Habitet*, Græc., *inhabitit*, residet, radicem figat: semper sit præsens. *In vobis*, id est, mentibus et cordibus vestris. *Lex Moysi in tabulis lapideis scripta fuit: lex evangelica inscribitur in cordibus vestris. Abundanter*, copiosè, ita plenè ac perfectè implet ac imbuat mentes vestras, ut omni sapientia pleni, illam quasi eructantes, vos invicem doceatis ac erudiatis. Hinc docemur Evangelium Christi legendum esse non leviter ac prægustivum, est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis.

In qua (id est, ad quam) *et vocati estis in uno corpore*, id est, in unum corpus, puta in unam Ecclesiam. *Et grati estote*, id est, gratiosi, amabiles, qui enim tales sunt, solent proximis esse benigni, misericordes, compatientes.

Vers. 16. — *Verbum Christi habitet in vobis abundanter*, id est, opulenter, copiosè. Sensus est: Fides seu doctrina Christi fixam in vobis sedem habet, vosque faciat locupletes et abundantes omni sapientia; hoc est, perfectè rerum divinarum cognitione, quanta nimirum in hæc vita sperari potest.

Docentes et commoneantes vosmetipsos, psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, et ita quidem ut vos invicem, id est, alii alios doceatis et commoneatis, sive exhortemini, cantendo psalmos, hymnos, et cantica spiritualia.

In gratia cantantes in cordibus vestris Deo. *In gratia*, inquit Chrysostomus, id est, ex gratia et afflato Spiritus sancti. *In gratia*, hoc est, cum gratia et voluntate spirituali, scilicet eorum qui audiunt.

capitanter, sed cum meditatione ac reflexione, ita ut inhabitet in nobis, radicesque figat. Non rarò, sed abundanter, sæpè ac multùm, ita ut mentem imbuat, repletque verà sapientia, perfectaque rerum divinarum notitia, quam in alios possimus eructare;

DOCENTES ET COMMONEANTES.... Circa psalmos, hymnos, Vide Ephes. 5, 19 et 20, in commentario.

IN GRATIA CANTANTES.... satis communiter intelligitur, cum gratiarum actione, ut Ephes. 5, 19, 20, *gratias agentes*, etc. Optimè etiam intelligitur, gratiosè, venustè, ita ut voluptatem spirituales vobis et aliis procreetis. Vult itaque ut piè canant et suaviter, ita ut ex corde pio vox grata erumpens, suis mysticis cantilenis, delectationem spirituales foveat in animis.

Vers. 17. — **Omne quodcumque facitis.**... Sive loquamini, sive agatis, omnia facite in nomine... id est, invocato nomine Domini, et per eum cum Deo gratias agentes. Omnia nostra, seu verba, seu opera externa, seu interna, ad Dei gloriam referenda, sed in nomine et virtute Christi. Eum vocans adiutorem, eum prius orans: Res tuas aggredere, ait D. Chrysostomus. *Gratias agentes Deo et Patri per ipsum*, per eum gratiarum actio reddenda per quem et propter quem omnia nobis bona dantur à Deo. His in verbis: *Omne quodcumque facitis... omnia in nomine Domini Jesu facite*, præceptum continetur negativum, scilicet, non in nomine angelorum (quos Simouiani jubelant adorare), sed in nomine Domini Jesu Christi; non per angelos, gratias agentes Deo, sed per Jesum Christum, ita Theodoretus, D. Chrysostomus. Est etiam præceptum affirmativum, ait D. Thomas hic, sed ut impleretur non est necesse quod omnia actu referantur in Deum, sed habitu. Ex D. Thomà, videtur impleri præceptum hoc, cum opera nostra talia sunt quod in Dei gloriam cedere possunt; ait enim: Qui facit contra gloriam Dei et præcepta ejus, facit contra hoc præceptum. Perfectio autem charitatis est, et omnibus consulenda, si omnia actu, vel saltem virtute, ad Dei gloriam referantur, in nomine et virtute Christi. Sic enim omnia opera nostra laudes erunt Dei, et virtutis ac meriti rationem induent. Itaque in praxi per ipsum, cum ipso et in ipso, fac omnia. Per ipsum, ut mediatorem ac pontificem tuum. Cum ipso, ut capite

Vers. 17. — *Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi.* Stupile, facile. Sensus Apostoli est, Christianum omnia christiane agere debere, hoc est, in omnibus actionibus suis virtutis intentione, tendere in Deum creditum et speratum, idque per meritum Christi fide apprehensum; q. d.: Propter Christum ejusque gloriam facite omnia quæcumque facitis. Omnia opera vestra talia sint, quæ cedere possint in gloriam Christi, Christusque vestre vite et actionum sit ultimus finis.

Gratias agentes Deo et Patri per ipsum, quia per Christi meritum omnia nobis dona salutaria à Deo Patre proveniunt.

Vers. 18. — *Mulieres, subditæ estote viris, etc.*, id est, sicut opera, secundum Christi Domini legem, voluntatem, Evangelium.

Vers. 19. — *Viri, diligite uxores vestras, etc.*, id est, ne sitis amarulentus, morosus, difficilis adversus eas,

tuo. In ipso, in ipsius spiritu, motivis ac intentionibus.

Vers. 18. — *Mulieres, subditæ estote viris.* Græc., *propris*, in Domino, est restrictio subjectionis. Juxta Christi legem, ac Dei voluntatem, in his quæ vult Deus, scilicet in rebus honestis. Hæc fusius Ephes. 5, 22, in commentario.

Vers. 19. — *Viri, diligite uxores vestras, et nolite amari esse ad, id est, erga illas.* *Amari*, id est, difficiles, morosi, ad amaritudinem provocantes. Vide fusius conjugatorum munia, Ephes. 5, 22, in commentario, in fine capituli.

Vers. 20. — *Fili, obedite parentibus per omnia, id est, in omnibus scilicet quæ non sunt contra Deum, seu quæ paternam non excedunt potestatem,* Vide Ephes. 6, 1, 2 et 5.

Vers. 21. — *Patres, nolite ad indignationem...*, id est, nimia severitate et intempestiva morositate irritare filios vestros, ne animum despondeant, seu animo deiciantur, desperationem concipiant. Vide fusius Ephes. 6, 4.

Vers. 22. — *Servi, obedite per omnia, id est, in omnibus.*

DOMINIS CARNALIBUS, id est, temporalibus, etiam ethnicis.

NON AD OCULUM,... id est, non ocularem exhibitis servitutem, quasi hominibus placere studentes, sed simplicem, innocentem, sine simulatione et dolo, quasi qui Deum timent, Deumque in omnibus suis actibus testem ac iudicem prospiciunt.

Vers. 25. — **QUODCUMQUE FACIIS.**... Obsequia vestra reddite ita libenter et alacriter, ac si Domino, non hominibus, ministraretis.

Vers. 24. — **SCIENTES QUOD A DOMINO.**... *Syr., et scilote*, etc., quoniam à Deo eximiam referetis mercedem, æternam scilicet hereditatem. Ut prompiores et in obsequiis alacriores reddat, mercedem illis promittit, non servorum, sed filiorum æternam hereditatem. A Dominis modicum servi recipiant mercedem, hereditatem verò nullam: à Domino autem mercedem eximiam recipient, hereditatem æternam, RETRIBUTIONEM HEREDITARIAM.

CHRISTO DOMINO SERVITE. Cùm à Christo Domino sed commodos ac faciles vos eis præbete.

Vers. 20. — *Fili, obedite parentibus per omnia, scilicet quæ non sunt contra Deum. Hoc enim placitum est in Domino, id est, apud Dominum, et coram Domino.*

Vers. 21. — *Patres, nolite ad indignationem, etc.*; id est, ne animum despondeant, ne animo deiciantur, atque ita resiliant ab officio, vel etiam à fide Christi suscepta.

Vers. 22. — *Servi, obedite per omnia dominis carnalibus* (temporalibus, etiam ethnicis), *non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, velut qui hominibus placere student, sed in simplicitate cordis, id est, recto et simplici corde, sine simulatione.*

Timentes Deum, q. d.: Sed, inquam, Dei timorem qui videt abscondita cordis, ante oculos habentes.

Vers. 25. — *Quodcumque facitis, etc.* Libenter promptoque ac liberali animo; perinde atque si Christo Domino et non hominibus, ministraretis.

tantam sitis mercedem recepturi; ergo heris vestris, velut Christo Domino, servite: seu respicite Christum tanquam vestrum Dominum, illique servite. Græc., nam Christo Domino servitis. Syr., Christo enim Domino servitis. Tanque sensus erit: Quidni recipere hereditatem æternam; christo enim Domino servitis, si piè et christiane, juxtaque Dei voluntatem, dominis vestris servitis.

VERS. 25. — QUI ENIM FACIT INIURIAM... Græc., at qui facit injuriam, etc. Syr., ceterum qui peccaverit, luet penas, prout peccaverit, nec est acceptio facie

VERS. 24. — Sciens quod à Domino accipitis retributionem hereditatis. Si ergo heris ita obeditis, ipsimet Deo obeditis, qui retributionem æternam hereditatis in celo servis ita obedientibus uti promisit, ita reverè præstabit pro hoc eorum obsequio. Pro retributionem. Græcè est mercedem, que pro merito operum datur.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda et ad praxim redigenda.

1^o Ut Deo Christoque dignè vivas, frequenter attende ad spiritalem et divinam gratiam vitam, cujus factus es per Christum in baptismo particeps; mundo, peccatoque mortuus, vivis vitâ Christi; vitâ quidem cum Christo absconditâ in Deo, at verâ, reali, divinâ, omnibus aliquando manifestandâ. Hujus gratiam memor, sursum mentem et cor attolle; terrena sperne, celestia quaere: ad hoc vide v. 4, et observationes morales. Ut christiane patiaris, attende ad futuram vitam quam cum Christo in sinu Dei victurus es in æternum. Hæc vita præsens non est propriè vita nostra, est aliam quam in coelis cum Christo viveamus in Deo, beati, immortales, impassibiles, gloriosi, Christo Deoque similes. Hujus æternæ vitæ memores, nunc cum Christo patiamur, ut cum Christo simus in æternum beati in Deo. Ad omnia itaque christiana munia dignè obeunda, attende quid sis et quid futurus sis. Ad hæc lege v. 5 et 4, et observationes morales.

2^o Ut in Christo continèdè proficias, recordare quod Christianismus sit veteris hominis exutio, et novi hominis indutio. Utrumque in baptismo coepisti; utrum

CAPUT IV.

1. Domini, quod justum est et æquum servis præstate: sciens quodet vos Dominum habetis in celo.
2. Orationi instate, vigilantes in càm in gratiarum actione;
3. Orantes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi (propter quod etiam vincetus sum).
4. Ut manifestem illud, ita ut oportet me loqui.
5. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimentes.
6. Sermo vester semper in gratiâ sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.
7. Que circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater, et fidelis minister, et cœtervus in Domino;

rum. Alii hoc de servis injustis intelligunt; alii de dominis: meliùs si de utrisque intelligatur, ut Ephes. 6, 8; sensus est ergo: Qui fecerit injuriam, sive servus infidelis domino suo; sive dominus in servum dominum et injustus, injustitiae suæ penam recipiet. Deus enim non magis dominis parcat iniquis quam servis; nec enim dominorum iniquorum potestatem reverbatur, nec servorum infidelium miseriam tangetur.

Vide christiane servitutis conditiones, Ephes. 6, v. 5, 6, etc.; post v. 8, in eodem cap., v. 9, vide modum christiane dominationis.

Domino Christo servite; nam Christo Domino servitis; q. d.: Ac prout ille Dominus, utpote fidelissimus et liberalissimus, vestrum servitium compensabit abundantissimè in futurâ hereditate cœlesti.

VERS. 25. — Qui enim injuriam facit, etc. Qui injusti sunt, sive domini sint, sive servi, accipient à Deo retributionem damnationis.

que per totam vitam perlicendum est. Mortificate ergo veteris hominis membra, que sunt in vobis, v. 5; deponite et vos, v. 8. Et induentes novum, v. 10, induite vos ergo, etc., v. 12. Hos versus lege, et videbis quod utrumque sit jugiter faciendum, et quod juxta veteris hominis mortem novus homo vivat; et consequenter etiam perfectior christianus eris, quò perfectiùs Adamo renuntiaveris.

3^o Ut paci cum omnibus habende studeas, et pacificè vivas, attende ad cœlestem D. Pauli doctrinam, v. 15. Pax Christi, pax quam Christus attulit de celo; pax ad quam per baptismum vocati estis, exultet in cordibus vestris, victrix et triumphatrix de omnibus animi passionibus. Quasi regina, omnes vestri cordis affectus regat; quasi agonizans, certaminibus vestris præsideat, palmamque patienti distribuât. Vide v. 15 explicationem, etc.

4^o Ut omni sapientiâ christianâ replearis, Christusque Dei Verbum abundanter inhabitet in te, lege, relege sanctum ejus Evangelium, eo modo quem præscribit Apostolus. Vide v. 16, et notas litterales et morales.

CHAPITRE IV.

1. Vous, maîtres, rendez à vos serviteurs ce que l'équité et la justice demandent de vous, sachant que vous avez aussi bien qu'eux un maître dans le ciel;
2. Persévérez et veillez dans la prière, en l'accompagnant d'actions de grâces.
3. Priez aussi pour nous, afin que Dieu nous ouvre une entrée pour prêcher sa parole, et pour annoncer le mystère de Jésus-Christ, pour lequel je suis dans les liens;
4. Et que je le découvre aux hommes de la manière que je dois le découvrir.
5. Conduisez-vous avec sagesse envers ceux qui sont hors de l'Eglise, en rachetant le temps.
6. Que votre entretien éant toujours accompagné d'une douceur édifiante, soit assaisonné du sel de la discrétion; en sorte que vous sachiez comment vous devez répondre à chaque personne.
7. Mon très-cher frère Tychique, fidèle ministre du Seigneur et mon compagnon dans le service que je lui rends, vous apprendra tout ce qui regarde l'état où je suis.

8. Quem misi ad vos ad hoc ipsum ut cognoscat que circa vos sunt, et consoletur corda vestra,

9. Cum Onesimo, charissimo et fideli fratre, qui ex vobis est. Omnia que hic aguntur nota facient vobis.

10. Salutat vos Aristarchus conceptivus meus, et Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata; si venerit ad vos, excipite illum;

11. Et Jesus, qui dicitur Justus, qui sunt ex circumcissione; hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio.

12. Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Christi Jesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti, et pleni in omni voluntate Dei.

13. Testimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis, et pro iis qui sunt Laodicæ, et qui Hierapoli.

14. Salutat vos Lucas medicus, charissimus, et Demas.

15. Salutate fratres qui sunt Laodicæ, et Nympham, et que in domo ejus est Ecclesiam.

16. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite ut et in Laodicensium Ecclesiâ legatur; et eam que Laodicensium est, vos legatis.

17. Et dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in Domino, ut illud implias.

18. Salutatio, meâ manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Amen.

ANALYSIS.

§ 1. Dominus hortatur ad æquitatem et benignitatem in servos. Deinde rediens ad officia omnibus communia,

§ 2, 5 et 4, fideles omnes hortatur ad orationis instantiam, eosque rogat ut et pro se Paulo deprecetur, ut os illi Deus aperiat ad intrepidè et convenienter annuntiandum arcum Incarnationis mysterium.

§ 5 et 6, hortatur eos ad cautam et circumspectam inter gentiles conversationem, et ad gratiam et prudentiam in loquendo.

§ 7, 8 et 9, à Tychico, hujus epistolæ bajulo, sciens

PARAPHRASIS.

1. Heri, servis vestris exhibete quod justum est et æquum, scientes quod vos quoque Dominum habetis in celo.

2. In oratione perseverate, et vigilate cum gratiarum actione.

3. Orate etiam pro nobis, ut Deus auferens impedimenta, libertatem det predicandi salutis humanæ mysterium per Christum (propter quod mysterium vinculis nunc constringor);

4. Et ut illud aptè et convenienter annuntiem.

5. Prudenter et providè conversemi cum ethnicis ad Ecclesiam non pertinentibus, temporis opportunitate benè utentes.

6. Sermo vester sit semper sapientiæ sale, cum gratiâ, seu gratâ jucunditate conditus, ita ut sciatis quomodo unicuique loqui et respondere debeatis.

8. Et je vous ai envoyé exprès, afin qu'il apprenne l'état où vous êtes, et qu'il console vos cœurs.

9. J'envoie aussi Onesime, mon très-cher et fidèle frère, qui est de votre pays. Vous saurez par eux tout ce qui se passe ici.

10. Aristarque, qui est présent avec moi, vous salue; et Marc, cousin de Barnabé, sur le sujet duquel on vous a écrit: s'il va chez vous, recevez-le bien.

11. Jésus aussi, appelé le Juste, vous salue. Ils sont du nombre des fideles circoncis; ce sont les seuls qui travaillent maintenant avec moi pour avancer le royaume de Dieu, et qui ont été ma consolation.

12. Epaphras, qui est de votre ville, vous salue: c'est un serviteur de Jésus-Christ, qui combat sans cesse pour vous dans ses prières, afin que vous demeuriez fermes et parfaits; et que vous accomplissiez pleinement tout ce que Dieu demande de vous.

13. Car je puis bien lui rendre ce témoignage, qu'il a un grand zèle pour vous, et pour ceux de Laodicée et d'Hierapolis.

14. Luc, médecin, notre très-cher frère, et Demas vous saluent.

15. Saluez de ma part nos frères de Laodicée, et Nymphas, et l'Eglise qui est dans sa maison.

16. Et lorsque cette lettre aura été lue parmi vous, avez soin qu'elle soit lue aussi dans l'Eglise de Laodicée, et qu'on vous lise de même celle des Laodicéens.

17. Dites de ma part à Archippe: Considérez bien le ministère que vous avez reçu du Seigneur, afin d'en remplir tous les devoirs.

18. Moi Paul, j'écris de ma propre main cette salutation. Souvenez-vous de mes liens. La grâce soit avec vous. Amen.

ANALYSIS.

que circa ipsum Romæ gerantur; quem ad eos cum Onesimo mittit ut et ipsos consoletur.

§ 10, 11, 12, 13, 14, suo, et aliorum qui ei aderant, nomine varios salutât Colossis.

§ 15, 16, salutât et fideles Laodicenses, hæcque epistolam vult et in eorum Ecclesiâ legi.

§ 17, Archippum monet attendere ad ministerium quod accepit à Domino.

Denique propriâ manu subsignans rogat ut vinculorum illius sint memores, eisque Dei gratiam apprecet.

PARAPHRASIS.

7. Tychicus, charissimus frater meus, qui mecum Domino servit, estque fidelis illius minister, certiores vos reddet eorum que circa me sunt.

8. Illam ad vos misi, ut cognoscat (mihi que referat) quomodo se habeant res vestrae, et ut vos consoletur.

9. Misi, inquam, cum Onesimo charissimo et fideli fratre, qui et Colossensis est. Uterque vobis nota faciet omnia que hic apud nos fiunt.

10. Aristarchus, qui mecum captivus est, salutât vos, et Marcus Barnabæ consobrinus, de quo Marco commendatitias recepistis litteras; illum itaque recipite benevolè si ad vos ierit.

11. Et Jesus, qui vocatur Justus, salutât vos. Hi tres Judæi sunt, et illi soli meo adjuvare solent

in predicando regno Dei, mihique magno fuerunt solatio.

12. Salutatio vos Epaphras, Colossensis, servus Jesu Christi, et qui pro vobis orat assidue, ut perfectè et plenè adimpleatis omnem Dei voluntatem.

13. Testor enim vobis de eo, quod zelum plurimum habeat pro vobis et pro iis qui sunt Laodiceæ et Hierapoli.

14. Lucas medicus, mihi charissimus, et Demas salutatio vos.

15. Salutatio fratres qui sunt Laodicia, et Nym-

VERS. 1. — *DOMINI, QUOD JUSTUM EST...* Illic versus à multis præceditur in capite tertio, et bene; cohæret enim præcedentibus. Græc. : *Domini, iustitia et æqualitatem servis præstatæ est, æqualitatem, æqualitatem, ait Erasmus.* Date illis quod justum est, victum, vestimentum et cætera necessaria, et æquitate erga illos servate; ab illis operas exigit cum moderatione, et unicuique quod illi convenit, proportionè servatà, tribuite.

SCIENTES QUOD ET VOS DOMINUM HABETIS IN CÆLO, qui vos prospectat, quique vobiscum æget quomodo cum servis vestris egeritis. Quales erga servos vestros fueritis, talis erga vos Dominus vester et Dominus omnium erit. *In quâ mensurâ mensi fueritis...* Matth. 7, 2; Marc. 4, 24. *Non est acceptio personarum...* Rom. 2, 11; Ephes. 6, 9. Ergo non tam dominos vos existimate quàm conservos.

VERS. 2. — *ORATIONI INSTATE...* Redit ad officia omnium communia. Omnes orationi vacent instanter, attentè et gratias agant incessanter.

Triplex hic notatur orationis conditio. Prima, sit instans, assidua, perseverans. Secunda, sit vigil, attenta, devota. Tertia, sit grata, humilis, memor beneficiorum. Omnes, etiam laici (omnibus enim loquitur Apostolus), orent assidue et incessanter. Oratio quippe cœlestis est fistula per quam gratia Dei ad nos descendit. Et quia gratiâ semper egemus, hinc assidue orandum. Orent attentè, devotè, reverenter et vigilantes: Denique quippe, enim et secularum Regem alloquuntur, nos qui nihilum, mera dependentia, sumus. Orent humiles et grati, præteritorum memores: gratitudo quippe depreteritis beneficiis, et fiducia in futuri postulatione, misericordem Dei manum ape-

VERS. 1. — *DOMINI, QUOD JUSTUM EST ET æquum, servis præstatæ.* Monet ut non solum præbeant servis id quod eis jure debetur, velut victum et vestitum, verum etiam ut æquos et humanos se eis exhibeant; nec omnè debitum servitutis ad amissum exigant, nec omnè eorum delictum rigidè puniant.

VERS. 2. — *ORATIONI INSTATE, id est, in oratione perseverate, vigilantes in eâ in gratiarum actione.*

VERS. 3. — *ORANTES SIMUL ET PRO VOBIS, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi, ut faciat me aperire os meum ad profertendum mysterium salutis humanæ per Christum.*

Propter quod etiam vincitis eum. Relativum quod aut ad mysterium Christi referatur, aut ad totum complexum illud, quod est Inqui mysterium Christi.

VERS. 4. — *UT MANIFESTEM ILLUD ITA UT OPORTET ME LOQUI;*

plam, et Ecclesiam, que in illius ædibus est.

16. Et cum apud vos lecta fuerit hæc Epistola, efficitè ut in Ecclesia quoque Laodicensium legatur; et eam que Laodicensium est legatè.

17. Et Archippo dicite: Attende ministerio quod accepisti à Domino, ut diligenter illud adimpleas.

18. Salutationem meam hic propriâ manu vobis adscribo. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Amen.

COMMENTARIA.

rit. Itaque gratiarum actio pars est orationis maxima.

VERS. 3, 4. — *ORANTES SIMUL ET PRO VOBIS, UT DEUS APERIAM VOBIS OSTIUM SERMONIS...* Non ostium carceris, sed ostium sermonis: det oportunitatem liberè predicandi Evangelium Christi, seu salutis humanæ mysterium per Christum; et ut illud mysterium (PROPTER QUOD VINCTUS SUM) aptè et convenienter annuntiet. Duo concionatori apostolico sunt necessaria, scilicet salutaria loqui, et illa convenienter ad suadendum loqui. Utraque suis et fidelium orationibus postulat à Spiritu sancto, cujus est os concionatoris et corda audientium aperire.

VERS. 5. — *IN SAPIENTIA AMBULATE...* Docet quomodo erga ethnicos agere debeant: scilicet, cum magnâ prudentiâ vitantes omnia que possent eorum animos offendere, ne qua sit intempestiva vexatio, que pacem Ecclesie evertat, et libertatem Deo servandi et Evangelium promovendi eripiat.

TEMPUS REDIMENTES. Vide dicta ad Ephes. 5, 16.

VERS. 6. — *SERMO VESTER SEMPER IN GRATIA, id est, TALIS SIT PRÆCIPUÈ SACERDOTUM AC RELIGIOSORUM LOQUA,* comis et prudens: non in ministerio tantum, sed et in omni, etiam familiari, conversatione. Maximè prorsus et adificat talia colloquia. D. Chrysostomus, hic, Epist. Ad Coloss. cap. 4, paginâ 242 et 245,

comitatem docens et prudentiam; multa tradit axiomata utilia, v. g.: Si absque periculo colere oportet, ne recuses; si tempus sit placidè loquendi, ne eam rem existimes assutationem. Fac omnia que ad honorem attinent absque eo quod ledatur pietas. Hi-

ut loquar mysterium Christi, non quomodo occultè, sed ut manifestè illud eloquar, sicut oportet me loqui, id est, aptè et convenienter ad persuadendum.

VERS. 3. — *IN SAPIENTIA AMBULATE AD EOS QUI FORS SUNT, id est, sapienter et prudenter agite cum ethnicis, ut illos ad fidem Christi pellicatis.* Ita Ambrosius.

Tempus redimentes. Cum infidelibus, inquit, causè conversamini, ita ut redimende vexationis atque evitande persecutionis causâ, quò tempus hæc atque liberum ad serviendum Deo, patiamini, si opus sit, etiam dispendium aliquod rerum temporalium.

VERS. 6. — *SERMO VESTER SEMPER IN GRATIA SIT CONDITUS.* Monet ut sermo quem habent cum proximis, semper sit respersus sale sapientiæ, idque cum gratiâ, id est, cum gratâ jucunditate.

Ut sciatis quomodo oportet vos unicuique respondere, ut sciatis quomodo oportet vos unicuique respondere,

dem, hom. undecimâ, in cap. 4 Coloss., pag. 245.

docet quòd divitibus et principibus magis se demittere et accommodare oporteat, quia illorum animi sunt imbecilliores, ut qui tument et distuant. Cum pauperibus verò majori loquendi libertate utendum, quia pauperum et inferiorum solidiores et prudentiores animi (id est, ut quidem reor, patientiores, et in virtute plerumque exercitiores). In utrisque edificatio spectanda; non propter divitias magis honorandus dives, sed propter imbecillitatem magis ferendus. Vide locum citatum, paginâ 245.

VERS. 7. — *QUE CIRCA ME SUNT, OMNIA VOBIS NOTA FACIET TYCHICUS.* Vide paraphrasim.

VERS. 8. — *QUEM MISI AB VOS AD HOC IPSUM, UT...* Vide paraphrasim.

VERS. 9. — *CUM ONESIMO CHARISSIMO ET FIDELI FRATRE.* Vide paraphrasim. Sed post Theodoretum in his versiculis nota D. Pauli prudentiam Tychicum mittentem ad consolandum et docendam Colossensem Ecclesiam; Onesimum verò ex servo fugitivo recens factum Christianum mittentem non ut doceat, vel hortetur, sed ut cum Tychico de rebus Pauli certiores reddat Colossenses. Hinc jungendum quem misi ad vos cum Onesimo... Tychicum quidem UT COGNOSCAT ET CONSOLETUR... Onesimum verò ut Tychico NOTA FACIAT QUÆ RIC AGENTUR. In fisdem versibus D. Chrysostomus loquitur et miratur D. Pauli modestiam et humilitatem servum vocantis fratrem suum. Qui in regnum celorum prius tenebat, qui fuit coronatus, qui in tertium ascendit cælum, servos fratres vocat et conservos. Ubi est insania? Ubi arrogantia? Deprimamus omnes fastum; conculcemus arrogantiam.

Hoc ad gratiam sermonis pertinet, nôsse loqui et respondere unicuique quemadmodum oportet et convenit, ut sermone afficiatur.

VERS. 7. — *QUE CIRCA ME SUNT, etc.* Nimirum si per quem mittit hanc Epistolam.

VERS. 8. — *QUEM MISI AD VOS AD HOC IPSUM, UT COGNOSCAT, QUÆ CIRCA VOS SUNT, id est, ut cognoscat quomodo res vestre se habent, mihi que renuntiet.*

Et consoletur corda vestra, referendo que circa me sunt.

VERS. 9. — *CUM ONESIMO CHARISSIMO, ET FIDELI FRATRE, qui ex vobis est, id est, qui ex vestrà gente et urbe, scilicet est Colossensis, quales et vos estis.*

Omnia que hic aguntur, nota faciunt vobis, scilicet ii quos dixi, Tychicus et Onesimus.

VERS. 10. — *Salutat vos Aristarchus conceptivus meus.* Hic erat Macedo Thessalonicensis, comes Pauli, Act. 19, 20 et 27.

Et Marcus consobrinus Barnabæ. Hic, Actor. 12, vocatur Joannes, cognomen Marcus, etc.

De quo accepistis mandata, id est, litteras commendatitias seu testimoniales. Si queras à quo mandata a cooperant Colossenses, dicendum arbitror, ad Ecclesiam Romanam. Nam si ab ipso Paulo, dixisset: De quo dedi vobis mandata.

Si venerit ad vos, excipite illum, id est, hospitalitatis officium illi impendite, humaniter eum tractate.

Et Jesus, qui dicitur Justus, supple, salutatio vos; qui sunt ex circumcissione, id est, Judæi.

VERS. 11. — *Hi soli sunt adjutores mei in regno Dei, id est, in predicatione Evangelii, quod est via ad regnum Dei cœlestis, etc.*

Qui mihi fuerunt solatio; tales, inquam, qui mihi

S. S. XXIV.

VERS. 10. — *SALUTATIO VOS ARISTARCHUS...* Vide paraphrasim.

De quo accepistis mandata... non Barnabæ, tanti quippe nominis erat in totâ Ecclesia ut commendatitias litteris non indigeret, sed Marco Joanne, qui talibus indigebat litteris ob id quod narratur Act. 15, v. 39. Sed à quo accepterant mandata? Fortassè à Barnabæ, ait D. Chrysostomus; Barnabæ autem commendationi D. Paulus jungit et suam, ut manifestet quòd sit jam charus.

VERS. 11. — *ET JESUS QUI DICITUR...* Vide paraphrasim.

Hi soli sunt adjutores mei... Græc. : *Hi soli cooperantur ad regnum Dei, id est, soli cooperarii mei in predicando Evangelio, per quod stabilitur regnum Dei in hominibus, et homines discunt acquirere regnum Dei.*

VERS. 12. — *SALUTATIO VOS EPAPHRAS...* Vide paraphrasim.

UT STETIS PERFECTI ET PLENI... Ut perseveretis perfecti et adimpleti, etc., seu ut perseveretis in perfectâ et plenâ adimplentione omnium voluntatis Dei, illam perfectè noscatis et plenè adimpleatis: idem rogat et ipse Paulus cap. 1, v. 9.

VERS. 15. — *TESTIMONIUM ENIM...* Vide paraphrasim.

QUOD HABET MULTUM LABOREM. Græc. : *zelum, ardens desiderium, scilicet profectus vestri.*

VERS. 14. — *SALUTATIO VOS LUCAS...* Vide paraphrasim.

VERS. 15. — *SALUTATIO FRATRES...* ET NYMPHAM, patet ex Græc. quòd masculini sit generis, etc.

VERS. 16. — *ET CUM LECTA FUERIT...* Vide paraphrasim.

in carcere constituto solatum attulerunt.

VERS. 12. — *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Christi Jesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus, id est, cum orationibus, quibus nimirum hoc pebat quod sequitur:*

Ut stetis perfecti, et pleni in omni voluntate Dei, id est, in omni eo in quo vult Deus vos esse perfectos et plenos, scilicet in sapientia et vitâ christianâ.

VERS. 15. — *Testimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis, id est, studium cum emulatione, quale est vel sponsi vel parantium pro sponsâ.*

Et pro iis qui sunt Laodicia, et qui Hierapoli. Erant hæc civitates Colossis vicinæ.

VERS. 14. — *Salutat vos Lucas medicus, charissimus.* Hieronymus tradit Lucam evangelistam medicum fuisse; et cum ipsum, cujus hic mentio est. Et Demas. Baronius existimat eum, Paulo ad tempus derelicto, postea Romam ad ipsum redisse, atque in vinculis constituto rursus ministrasse.

VERS. 15. — *Salutate fratres qui sunt Laodicia.* Hoc monet ad convolandam christianam amicitiam inter fideles urbium vicinarum.

Et Nympham, et que in domo ejus est Ecclesiam. Nympham vir fuit, non mulier. Magni nominis hic vir fuit, qui domum suam fecerat ecclesiam.

VERS. 16. — *Et cum lecta fuerit apud vos Epistola hæc, quam ad vos scribo.*

Facite ut et in Laodicensium Ecclesia legatur; et eam que Laodicensium est, vos legatis. Ex quo liquet Apostolum loqui de Epistola ex Laodicia scriptâ. Quænam ea sit, et à quo scripta, adhuc queritur.

(Quarante-uns.)

ET EAM QUE LAODICIENSIS EST... *Græc. τῆς ἐκ Λαοδικίας; eam que ex Laodicea.* D. Chrysostomus et Theodoretus id notantur iisdem verbis: Non dixit eam que est ad Laodicenses, sed que scripta est à Laodicea, ita D. Chrysostomus et Theodoretus. Iidem Patres opinantur Laodicenses ad Paulum scripsisse. Et in hoc sensu non malè hanc Epistolam noster interpres vertit, eam que *Laodicensium est*; epistola enim ejus est à quo scripta fuit. In quâ opinione dicendum est quòd unicâ et eadem Epistolâ D. Paulus respondit Laodicæ sibi scribentibus, et succurrit Colossensibus non scribentibus, sed eodem morbo cum his laborantibus. Alii tamen volunt quòd reverâ D. Paulus ad Laodicenses scripsit, suamque Epistolam Colossensibus communicari voluerit, sed quòd hæc Epistola fuerit deperdita; que enim sub hoc nomine apparet, ab antiquis Patribus fuit semper reprobata. Alii putant quòd hæc Laodicensium Epistola, de quâ hic, sit eadem ac Epistola ad Ephesios, que ad utramque Ecclesiam, Ephesinam et Laodicensem fuerit directa, sed quia Laodicea Colossis propior erat quàm Ephesus, ideò maluit Apostolus inde trahi exemplar Epistolæ: hæc in re nihil certum.

Vers. 17. — ARCHIPPO DICITE... Baronius Epaphram putat episcopum Colossensem, Archippum verò diaconum. Alii Epaphre coadjutorem, et tandem successorem.
Vers. 18. — SALUTATIO MEA... Hucusque per amanuensem scripsit Apostolus, hic propriâ manu scribit et salutat. MEMORES ESTOTE VINCLORUM, etc. ipso dicente scriptam ab alio quopiam fuisse, existimandum est.
Memores estote vinculorum meorum. Clarum est in carcere scriptam esse hanc Epistolam. Quòd autem rogat ut vinculorum suorum memores sint, non suâ causâ facit, quasi subsidium tacitè postulans; sed ut confirmetur in fide, pro quâ viderent ipsam tantam pati.

Gratia vobiscum. Amen. Græci codices hic subscribunt: *Scripta è Româ per Tychicum et Onesimum.*

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad redigenda.
1° Ex v. 2, discite quomodò orandum; assidué, attentè, humiliter.
2° Ex v. 5 et 6, discite quomodò conversandum; prudenter et comiter. Ibidem vide quedam hæc de re D. Joannis Chrysostomi axiomata.

ipso dicente scriptam ab alio quopiam fuisse, existimandum est.
Memores estote vinculorum meorum. Clarum est in carcere scriptam esse hanc Epistolam. Quòd autem rogat ut vinculorum suorum memores sint, non suâ causâ facit, quasi subsidium tacitè postulans; sed ut confirmetur in fide, pro quâ viderent ipsam tantam pati.

Gratia vobiscum. Amen. Græci codices hic subscribunt: *Scripta è Româ per Tychicum et Onesimum.*

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad redigenda.
5° Memor apostolicorum Pauli vinculorum, gratias age Deo, qui talem toti Ecclesie, et consequenter tibi, dedit apostolum, qui ob Evangelium ligatus, et de sui liberatione non sollicitus, nihil nisi nostram doctrinam et salutem curabat; v. 18; v 5 et 4.

IN PRIMAM AD THESSALONICENSES EPISTOLAM Præfationes.

Thessalonica, que nunc Salonica dicitur, totius Macedonia metropolis erat.
Actorum cap. 17, narrat D. Lucas quomodò apostolus Paulus hanc in urbem advenerit, Evangelium in Judæorum synagoga, per tria salubata predicaverit; aliquos quidem Judæos, magnam verò gentium multitudinem, et plures præsertim nobiles matronas, ad fidem convertit.

Thessalonicensium civitas Macedonia metropolis fuit, apud quos Paulus, postea quàm Philippis digressus esset, Evangelium Christi non sine fructu predicavit, etsi Judæis insano studio contra nitentibus, quemadmodum refertur Act. 17. Hos igitur recentior conversos, quòd inter domesticas persecutiones in acceptâ fide constantes permaussissent, missâ ad eos Epistolâ, collaudat, et Deo gratias agit; in eam suæ personæ commendationem admiscens, ut qui non, so-

Ibidem narratur quomodò, hæc de causâ, Judæi Paulo et Evangelio invidentes, seditionem in eum concitarunt: quam ut declinaret beatus Apostolus, à Thessalonica per noctem profectus, venit Beream, à Bereâ autem navigavit Athenas.

Ex hujus Epistolæ capite tertio, v. 2, discimus quòd D. Paulus, licet absens, Thessalonicensium tamen curam semper gerens, eorumque salutis ardentè delum purè atque sincerrè Christum iis annuntiasset, verum etiam me eos gravaret, à sumpta accipiendò abstinuisset. Quod cur commemoret, ex 2 Epist. certius intelligitur. Et hæc quidem agit 1, 2 et 3 capitibus. Mox subiungit præcepta vite Christianæ; ut conjugio castè niantur, et libidinum corruptelas fugiant, utque otium vident, et res alienas non appetant. Deinde ab immoderata tristitiâ quâ mortuos lugebant quasi qui omninò perissent, eos revocat, et certis-

siderio pressus, Athenis ad eos Timotheum misit ut eos in fide fideiret, et contra omnes adversariorum machinationes maniret.

Timotheus ad Paulum reversus (redit autem non Athenas, ubi Paulus non demoratus est, sed Corinthum, in quâ diu permansit, ut patet, ex Act. 18.) Timotheus ergo ad Paulum reversus, laudavit Thessalonicensium fidem in expugnabilem, ait Theodoretus: dixit tamen eos opus habere aliquâ exhortationis doctrinâ, de quibusdam questionibus que apud eos movebantur.

Ob talem nuntium gaudet Apostolus, optatque Thessalonicenses revisere; interim hanc ad eos scribit Epistolam.

In eujus primo capite laudat eorum constantiam in fide, et patientiam in adversis.

In secundo, ut ad perseverantiam excitet, in memoriam eis revocat quantâ sinceritate, quantoque zelo ipsi Evangelium predicaverit.

simâ spe resurrectionis consolatur; eujus et modum describit. Postremo capite, ex eo quòd tempus resurrectionis ac judicii divini incertum sit atque incognitum, admonet vigilandum esse, sanctisque operibus inembendum, ne judicii dies imparatus opprinat. Quo loco addit et alia quedam præcepta, brevità quidem sed utilitate præcipita. Hanc Epist. inter omnes Paulinas tempore primam esse censet ejus commentator Anselmi titulo, cui Baron., anno Christi 52, § 32, alique docti facit suffragantur. Constat enim scriptam esse non multo postquam ad fidem conversi essent Thessalonicenses. Nam quòd in vulgari argumento Latinorum codicum scribitur missa per Onesimum, scilicet eum quem Paulus Romæ Christo genuit in vinculis, prorsus nequit consistere cum iis que dicuntur in hæc Epist. de Timotheo ex Athenis ad Thessalonicenses misso. Cum enim Paulus Athenas pervenisset, atque illic ad se Timotheum è Bereâ Macedonia accessisset, ut habetur Act. 17, sollicitus ac metuens Thessalonicensibus, ne propter afflictio-

In tertio, narrat quomodò eorum desiderio pressus, Athenis miserit ad illos Timotheum; et quomodò, cogitâ ex Timotheo ad se reverso eorum in fide constantiâ, mirè gaudeat, ob id Deo gratias agat, oreque Deum, ut eos revisere et in fide perficere sibi concedat.

In quarto, hortatur ad casitatem, ad fugam otii, ad instantem laborem; mortis proponit solatium, scilicet mortuorum resurrectionem, eujus modum exponit et ordinem.

In quinto, ob incertitudinem diei judicii, hortatur ad vigilantiam et ad omnia bona opera.

Græca et Syra in fine Epistolæ habent quòd hæc Epistola scripta sit Athenis; sed Baronius, an. 52, probat scriptam fuisse Corinthi.

Omniùm Epistolarum que scripsit Apostolus hanc primam esse affirmat D. Chrysostomus, Theodoretus, Baronius, quibus viri docti subscribunt.

nos, quas post ipsius discessum ab adversariis fidei patiantur, animo commoverent; rursus ad eos Athenis adhuc atque Timotheum misit, ut eos in fide confirmaret, atque in tribulationibus consolaretur; quemadmodum ipse, cap. 3, hujus Epist. testatur. Porro Timotheus non Athenas, ubi Paulus non diu moratus fuit, sed Corinthum è Thessalonica ad eum redit una cum Silâ, sicut Act. lib. narrat cap. 18. Atqui post adventum Timothei à Thessalonicensibus reversi scriptam esse hanc epist. ex eodem cap. 3 manifestum est. Ex quibus planè colligitur, eâ primam omnium scriptam esse (nulla enim invenitur Epistolam Pauli scriptam ante id tempus), et è Corintho missam, non autem ex Athenis, ut habet Græcorum codicum hypographæ, tametsi cum eâ sentiant Athanasius in Synopsi, et Theodoretus in Prælat. Epist. Pauli, alique nonnulli. Falsum etiam illud, quòd missa sit per Timotheum, ut in editione Syriacâ scribitur. Nam Timotheus unus eorum est à quibus Epist. mittitur, ut liquet ex ejus initio quòd sic habet:

CAPUT PRIMUM.

CHAPITRE PREMIER.

1. Paulus, et Silvanus, et Timotheus, Ecclesie Thessalonicensium, in Deo Patre, et Domino Jesu Christo.
2. Gratia vobis, et pax. Gratias agimus Deo, semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione,
3. Memores operis fidei vestre, et laboris, et charitatis, et sustentatiæ spei Domini nostri Jesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum :
4. Scientes, fratres dilecti à Deo, electionem vestram;
5. Quia Evangelium nostrum non fait ad vos in sermone tantum, sed et in virtute, et in Spiritu sancto, et in plenitudine quales fuerimus in vobis propter vos.
6. Et vos imitatores nostri facti estis, et Domini, exipientes verbum in tribulatione multâ, cum gaudio Spiritus sancti :
7. Ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia et in Achaia.
8. A vobis enim difflatus est sermo Domini non solum in Macedonia et in Achaia, sed et in omni loco

1. Paul, Silvan et Timothée, à l'Eglise de Thessalonique, qui est en Dieu le Père et en Notre-Seigneur Jésus-Christ.
2. Que la grâce et la paix soient avec vous. Nous rendons sans cesse grâces à Dieu pour vous tous, nous souvenant continuellement de vous dans nos prières,
3. Et nous représentât, devant Dieu qui est notre Père, les œuvres de votre foi, les travaux de votre charité, et la fermeté de l'espérance que vous avez en Notre-Seigneur Jésus-Christ ;
4. Car nous savons, ô frères chéris de Dieu, quelle a été votre élection ;
5. Parce que la prédication que nous vous avons faite de l'Évangile n'a pas été seulement en paroles, mais elle a été accompagnée de miracles, de la vertu du Saint-Esprit, et d'une grande abondance de grâces. Vous savez aussi de quelle manière nous avons agi parmi vous pour votre salut.
6. Et vous, vous êtes devenus nos imitateurs et les imitateurs du Seigneur, ayant reçu la parole parmi de grandes afflictions, avec la joie du Saint-Esprit.
7. De sorte que vous avez servi de modèle à tous ceux qui ont embrassé la foi dans la Macedonia et dans l'Achaie.
8. Car non seulement vous êtes cause que la parole du Seigneur s'est répandue avec éclat dans la Macedonia et dans l'Achaie, mais même la foi que